

An demselben Tage ergingen in dieser Angelegenheit und mit der Aufforderung der eingerissenen Ketzerei namentlich durch Unterstützung der genannten Inquisitoren kräftig entgegenzutreten sechs im Wesentlichen gleichlautende Breves an den Markgrafen (Friedrich) von Meissen, an die Herzöge von Breslau und Krakau, an den König von Böhmen, mehrere böhmische Edle, dann die Städte Prag, Olmütz u. and., in welchen nach den Worten *confinibus et limitibus* (S. 298 Z. 8 v. u.) eingeschaltet wurde: *praecipue in Pragensi Olomucensi Cracoviensi Wratislaviensi ac Missinensi civitatibus et diocesibus*. Das Breve an den Markgrafen von Meissen wird in dem Urkundenbuch zur allgemeinen Landes- und Regentengeschichte abgedruckt werden.

No. 367. 1318. 16. Mai.

*B. Withego II. als Vormund der Söhne des Burggrafen Hermann von Golsen, seine Brüder und mehrere andere Verwandte erklären, dass wegen des Todtschlags Hermanns und anderer diesem zugefügte Schäden eine Sühne mit dem Kloster Dobrilugk errichtet worden, und versprechen diese, nachdem das Kloster 330 Schock Groschen gezahlt und weitere Verpflichtungen übernommen, aufrecht zu erhalten.*

Nos Withego dei gratia ecclesiae Misnensis episcopus, tutor puerorum olim nobilis viri domini Hermanni buregrauii de Golsyn, Henricus et Thimo fratres germani de Colditz, Johannes de Senftenberg, Richardus et Henricus de Damis confratres, Otto de Wittyn cum fratre suo, Otto de Burnis et Otto de Ylburg iunior cum suis fratribus, amici et consanguinei dictorum puerorum, tenore praesentium recognoscimus et publice profitemur, quod concordiam veram et integram super morte et damnis in persona praefati domini Hermanni buregravii perpetratis, inter nos nomine dictorum puerorum et amicos et consanguineos eorundem ex una et reverendum virum dominum Vlricum abbatem et conventum in Dobriluc ac omnes, qui sunt suspecti de morte et rapinis praedictis ex parte altera factam, promittimus bona fide et sine omni arte mali ratam et gratam ac inviolabilem observare, nec contra eam aliqualiter per nos vel per alios de iure vel de facto aliquo tempore venire, renunciantes per praesentes omni iuri, quod nobis et dictis pueris nunc et in posterum posset competere de facto vel de iure pro morte et damnis praedictis. Et nos Withigo, Misnensis ecclesiae episcopus, tutor eorundem puerorum specialiter promittimus bona fide praefato domino Vlrico abbati et conventui suo pro dicta concordia stare et pro posse pro ipsa nos opponere contra omnem hominem eandem de iure volentem impugnare coram domino nostro Woldemaro Brandenburgensi, Lusatiae marchione, vel alio iudice legitimo quocunque, usque ad legitimam aetatem pueri senioris inter praedictos pueros, secundum marchionatus Lusatiae consuetudinem sive morem, quem tunc statuemus coram dicto domino marchione Woldemaro vel alio iudice legitimo ad obligandum se pro se et fratribus suis per suas patentes literas, quod praefatam concordiam bona fide et sine omni dolo ratam et gratam ac inviolabilem observabit, nullo tempore per se vel alios seu alium violandam, quo facto ab obligatione praedicta debemus et esse volumus absoluti. Item tenore praesentium recognoscimus protestantes, quod dictus dominus Vlricus abbas et suus conventus pro emenda de nece et damnis in praedicto domino Hermanno buregrauio perpetratis sine consensu et iussu et voluntate penitus eiusdem domini Vlrici abbatis et sui conventus, dederunt et solverunt nobis Witegoni episcopo Misnensi nomine dictorum puerorum trecentas et triginta sexagenas grossorum Pragensis monetae in usum et utilitatem eorundem puerorum et non in aliud conver-